

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

De fusione. Cap. XXXI

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

ventum astutiâ ; non fuit sufficiens artificis indagatio. Reiterato igitur inquirat , donec inveniatur cum modis divina bonitate collatis.

*De fusione.*

CAP. XXXI.

**I**Nfusionis igitur narratione sufficientiam tradamus secundum quod examen est corporum omnium ad ignitionem illorum certam. Dicimus igitur : Quod unica est perfectionis fusio cum ignitione , sed non cum cujusque ignitionis genere : sed cum ignitione in qua non albescit omnino corpus : & cum ignitione in qua non fit fuscedo igni adveniens : & in qua non subito post ignitionem, fundatur & liquefcatur corpus ut fluat. Igitur cum se fuderit corpus ex minima ignis pressione debile , aut sine ignitione , aut cum ignitione fusca ; hujus præparationis necesse est corpus imperfectorum corporum in artificio diminuto. Et si post fusionem infrigidari omittatur : & omnino subito in nigredinem illius vertatur ignitio : Et ob hoc quidem , prius quam durefcatur , ignitionem perdat ; non est in complemento corpus cujuscuq; generis illud extiterit. Sed judicium quidem expedit molliciei hoc corpus existere ex im-

I 6                      perfe-

perfectionis corporum generibus. Et si quidem cum ignis laboriosa expressione fortis ac violenti fiat illius ante fusionem ignitio, & radio fulgoris inestimabilis albescentis omnino; jam non perfectionis, sed duritiei alteratum est corpus. Et ab hoc quidem, si post illius fusionem ab igne tollatur; & subito induretur, ut non fluat manente illius ignitione, fulgida, jam non lunaris aut solaris perfectionis corpus existit, cujuscunque generis & præparationis corpus fuerit administratum, sed sub Martis differentiarum natura ponatur. Patet igitur ex jam dictis triplicem in fusibilibus ignitionem: aut liquefactionem substantiarum illorum experimento recolligi. Unam scilicet fuscam: alteram vero rubeam & claram: albissimam vero tertiam radio fulgentem. Prima quidem est mollium: Secunda vero perfectorum: Tertia durorum corporum rationis experimento probatur. Sed & qui harum omnium ignitionum desiderat gradum perquirere; omnia fusibilia confect corpora, & ignis consideret sufficientiam ad fusionis perfectionem completam: & considerando recolligat omnium signorum fusionis gradus differentiam. Et sic quidem inveniet: aliter vero non. Et hoc quidem tibi adducatur exemplar in omnibus à nobis determinatis atque determinandis examinationis materiis. Hæc itaque de fusionem dicta sufficiant.

De